

vel a parte Themist. A contrario Cicero. idem apud themis. ab oppositis. et ab iunctis Cicero. eundem a communiter accidentibus Themist. dicit. ab antecedentibus et consequentibus mixti cum pluribus. a repugnantibus Lice. idem a Themistio. ab oppositis dicitur. ab efficientibus Cicero. a causis themist: ab effectis Cicero. a fine themist. a comparatione maioris ac minoris. M. Tul. idem sunt a maiore ac minore themist. a comparatione parium Cicero. a similibus Themist. Cui igitur Marci Tullii plena diuisio aliquibus membris themistiane diuisionis aptetur: fieri non potest: vt non membra Themistiane diuisionis statim ad tulliane conuenientia reducantur. Quo circa si quid reliquum est in themistii diuisione: quod superiori formale non videatur ascriptum plene marci Tullii diuisioni sic poterimus aptare. Inuicem igitur diuisiones alterna reciprocatione coniuncte sunt Restant autem ex Themistii locis hi: ab vsibus ab effectibus et corruptionibus: et proportione et transumptione. Quorum quidem ab vsibus. si vsus alicuius rei semper effector est: ei loco ciceronis adhibendus est: qui ab efficientibus nuncupatur Quod si ipse vsus efficitur. ei loco ciceronis aptandus est qui ab effectibus vocatur. ab effectibus vero. si quidem efficit aliquid effectus: ab efficientibus causis est: si vero ipse effectus plenum aliquid confectumque demonstrat. Is locus est quem ab effectibus. Tullius dicit. a corruptionibus vero ab efficientibus dici potest. Nam cum omnis generatio efficiat aliquid idest substantiam forme corruptio rursus ipsa quoque efficit quiddam idest substantiali forma spoliat ac priuat. velut mors facit corporis dissolutionem. a proportione vero idem est: quem Tullius a similibus dicit nam multorum in multis similitudo est proportio. Transumptio vero si quidem ad maiora sit: locus a maiorum comparatione est. si vero ad minora: locus est a minorum comparatione quod si ad paria: locus est a parium comparatione. atque in his omnibus reducendis tale satis est descriptionis exemplum.

ab vsibus	Si ipse vsus aliqd efficit	a causis
	Si ipse vsus efficit	ab effectibus.
ab effectibus	Si effectus aliqd efficit.	a causis.
	Si effectus efficitur	ab effectibus.
a corruptionibus		a causis.
a proportione		a similibus.
	Si sit ad maius	a proportione maiorum.
a transumptione	Si sit ad minus	Minorum.
	Si sit ad par	Parium.

Ac de dialecticis quidem locis: quantum propositi operis ratio postulabat explicuimus. Nunc vero de Rhetoricis dicendum est: quid sint: vel quid a dialecticis discrepare videatur. Ad cuius plenam disputationem

De differentiis Topicis. Liber quartus.



Si quis operis titulum diligens examinatore inspiciat: cum de topicis differentiis conscribamus: non id a nobis tantum expectare debet: vt locorum inter se dialecticorum: vel etiam rhetoricorum differentias demus. verum id multo magis vt dialecticos locos a rhetoricis segregemus: quod nos efficacius aggredi posse arbitramur

si ab ipsa facultatum natura disputandi sumamus exordium. Ostensa enim dialectice: ac rhetorice similitudine ac dissimilitudine ab ipsarum facultatum necessitate est formis etiam locorum qui eisdem facultatibus deseruiunt cōitates discrepantiasque dicam. dialectica igitur thesim tñm cōsiderat. Thesis vero est sine circumstantiis questio. rhetorica vero de hypotesibus. i. de questionibus circumstantiarum multitudine inclusis tractat: et differit. Circumstantie vero sunt quis. quid. vbi. quādo: quomodo. quibus adminiculis. Rursus dialectica quidem si qñ circumstantias: veluti per sonam factum ve aliquod ad disputationem sumit: non principaliter: sed omnem eius vim ad thesim: de qua differit trāffert. Rhetorica vero si thesim assumptam ad hypotesim trahit: et vtraque suam materiā quidem tractat: sed alterius quidem sumit: vt proniore in sua materia facultate nitatur. Rursus dialectica interrogatione: ac responsione cōstricta est. Rhetorica rem propositam perpetua oratione decurrit. itē dialectica perfectis vtitur syllogismis Rhetorica enim themematum breuitate contenta est. illud etiam differentiam facit: quod Rhetor habet alium pter aduersarium iudicem: qui inter vtrosque disceptat. Dialectico vero ille fert sententiam: qui aduersarius sedet. ab aduersario enim responsio veluti quedam sententia subtilitate interrogationis elicitur. Que cum ita sint omnis earum differentia vel in materia. vel in vsu vel sine est cōstituta. In materia quod thesis atque hypotesis materia quidem vtriusque subiecta est. in vsu quod hec interrogatione illa perpetua oratione disceptat: vel quod hec integris syllogismis. illa vero enthemematibus gaudet. In fine vero quod hec persuadere iudici: illa quod vult ab aduersario extorquere conatur: Quibus ita p cognitis paulo posterioribus et questionibus Rhetoricis que in constitutionibus posite sunt: et propria generis enumerabimus locos. Nunc paulisper mihi videat de tota admodum breuiter facultate tractandū magnū opus atque difficile. Quia enim sibi met ars Rhetorica cognatione iungat: non facile considerari potest: vixque est et vt auditu animaduerti queat: nedum sit facile reptū. De cuius quidem rei traditione nihil ab antiquis preceptoribus accepimus. De vnoquoque enim precipiunt nihil de communi laborantes. Quā partē doctrine vacuā vt possumus aggrediamur. Dicemus igitur de genere artis: et speciebus et mā et partibus: et instrumento instrumentisque partibus: ope etiam officioque actoris et fine: post hec de questionibus ac de locis. Quocirca quod in communi speculandū est hęc differēdi sumam exordium. Rhetorice igitur genus est facultas. Species vero tres iudiciale demonstratiuum: deliberatiuum. et genus quidem id esse: quod diximus patet. Species autem iccirco sunt: quas enumerauimus superius: quoniam in his est tota facultas. Rhetorice in iudiciali genere carū integra est. Itē in demonstratiuo: vel deliberatiuo. hęc genera sunt causarū. Omnes enim cause vel speciales vel indiuidue sub horum trium generū vno cadūt: vt sub iudiciali quidem speciales vt maiestatis: vel repetendarum. Sub deliberatiuo vero cadunt quecūque cāe consultationē hñt: vt si specialiter accipias de bello vel pace. Eodem modo etiam in demonstratiuis quecūque videntur in laudem: aut vituperationes: spālter quidem vt laus viri fortis. Indiuidue vero vt laus scipiōis sub demonstratiuo ponuntur. Materia vero huius facultatis est omnis res quidem proposita ad dictionem. fere autem est civilis questio. In hac spē a Rhetorica venientes que quedam

quedam forme capiunt sibi materiam: et triplici informam tenent figura quod posterius liquebit. ut civilis questio: que adhuc informis secundum species erat: fiat accepto sine unicuique specierum Rethorice subiecta: ut informis adhuc civilis questio cum acceperit ex iudiciali finem iusti fiat ipsa civilis questio in iudiciali genere constituta. Cum vero ex deliberatio sumperit utile vel honestum tunc fiat ipsa civilis questio in deliberatio causarum genere constituta. Si vero ex demonstratione sumperit bonum tunc fit demonstratio civilis questio. Veniunt autem in materiam species ex Rethorica iccirco: quod aliter in materia sua quelibet facultas non potest operari: quam si suas adhibeat partes. Absentibus enim cunctis partibus suis Rethorica quoque ipsa est absens. sed quoniam de speciebus dictum est Rethorice. quoniam sunt genera causarum. ita sunt: ut omnium negotiorum que in civili questione constituta sunt accepto sine iusti: iudiciale sit genus. omnium vero que constituta sunt in civili questione: honestum vel utilem finem ceperunt. Deliberatio sit genus: omnium quoque que in civili questione posita finem honesti tantum boni vel sumperunt. sit demonstratio genus. sed de his hactenus. Nunc de partibus Rethorice providendum est. Partes autem Rethorice sunt quatuor. inventio. dispositio. elocutio. memoratio. pronuntiatio. Partes autem vocantur iccirco: quod si aliquid harum defuerit oratori imperfecta facultas est. atque ideo que universam formant oratoriam facultatem ea partes facultatis eius dicere ius est: Sed he partes quoniam Rethorice facultatis sunt: totamque Rethoricam facultatem componunt. necesse igitur est: ut ubi fuerit Rethorica integra: ipse quoque partes consequantur in propriis speciebus: omnes igitur: Rethorice partes inerunt rethorice speciebus. Quocirca civilibus negotiis tractandis adhibentur: que a predictis speciebus Rethorice informantur. eque igitur in iudiciali negotio: et in deliberatio: et in demonstratio: inventio: dispositio: elocutio: memoria: pronuntiatioque conveniunt. Quoniam vero omnis fere facultas instrumentum utitur ad faciendum quod potest erit etiam Rethorice facultatis aliquod instrumentum. hoc vero est oratio: que partim in civili genere versatur. partim minime. De ea autem oratione nunc loquimur: que aliquam habet questionem: vel que ad finem expediende questionis accommodatur. ea vero oratio: que in civili genere versatur: continue decurrit. Ea vero que non est in civilibus: casus interrogatio et responsio explicatur. sed prior rethorica. secunda Dialectica nuncupatur: que hoc a superiore differt. primum quod illa civilis hypothese: hec thesin considerat: debinc quod hec intercisa oratione: illa continua peragitur: et quod Rethorica oratio habet preter adversarium iudicem. Dialectica vero eodem iudice: quo adversario utitur. Hec igitur Rethorica oratio habet partes sex: prebemiū quod exordium est: narrationem: partitionem confirmationem: reprehensionem: perorationem: que sunt partes instrumenti Rethorice facultatis: et quoniam Rethorica in omnibus suis speciebus inest: eisdem inerunt. Nec potius inerunt: quam eisdem ea que peragunt: administrabunt. Itaque etiam in iudiciali genere causarum necessarius est ordo prebemiū et narrationis: atque ceterorum: et in demonstratio deliberatio quoque necessaria sunt. Opus autem rethorice facultatis est docere movereque: quod nihilominus eisdem

partibus fere sex instrumenti. id est orationis partibus administratur. Partes autem Rethorice: quoniam partes sunt facultatis: ipse quoque sunt facultates. quo circa ipse quoque orationis partibus: quasi instrumentis utentur in partem atque. ut his operentur eisdem inerit. Nam in exordium nisi quinq; sint predictae partes Rethorice: ut inveniatur: disponatur: eloquat inveniatur pronunciet. nihil agat orator. eodem quoque modo et relique fere partes instrumenti nisi habeant omnes Rethorice partes: frustra sunt. Cuius autem facultatis effector est orator: cuius est officium dicere operante ad persuasionem. finis autem tum in ipso tum in altero. In ipso quidem benedixisse. id est dixisse operante ad persuasionem. In altero vero persuasisse. neque enim si qua impediunt oratorem quo minus persuadeat: officio facto finis non est consecutus. sed is quidem: qui officio fuit contiguus: et cognatus: consequitur: facto officio. is vero qui extra est: sepe non consequitur neque tamen Rethoricam suo sine contentam honore vacavit. hec quidem ita sunt mixta: ut Rethorica inest speciebus: species vero insunt causis. Causarum vero partes status esse dicuntur: quos etiam aliis nominibus: tum constitutiones: tum questiones nominare licet. qui quidem dividuntur ita: ut rerum quoque natura divisa est. Sed a principio questionum differentias ordiamur: quoniam rethorice questiones circumstantiis involute sunt. omnes autem inscripti alicuius controversia versantur: aut preter scriptum ex re ipsa sumunt contentiois exordium. et ille quidem questiones que in scripto sunt: quique modis fieri possunt: vno quidem cum hic scriptoris verba defendat. ille sententiam atque hoc appellat scriptum et voluntas. Alio vero modo: si inter se leges quaedam proprietate differant: quas cum ex diversa parte defendunt faciunt controversiam. atque hic vocat status legis contrarie. Tertio cum scriptum: de quo contenditur sententiam claudit ambiguum. hec suo nomine ambiguitas nuncupatur. Quarto vero cum ex eo: quod est scriptum aliud non scriptum intelligitur: quod quod per ratiocinationem: et quandam syllogismi sequentiam investigatur ratiocinatio: vel syllogismus dicitur. Quinto vero quod cum sermo est scriptus: cuius non facile vis: et natura clarescat: nisi definitione detecta sit: hic vero dicitur finis vel inscriptio. Quos omnes a se differentias non est nostri operis: verum rethorici demonstrare. hec enim speculanda doctis non rudibus discenda proponimus: quavis de eorum differentia in topicorum comentis per transitum differimus. Earum autem constitutionum: que preter scriptum ipsarum rerum questionum sunt posite: ita differentia segregatur: ut rerum quoque ipsarum diversa est natura. In omni enim rethorica questione dubitatur: an sit: quid sit: quale sit: et propter hec an iure an more possit exercere iudicium. Sed si fatum: vel res que intenditur ab adversario neget: questio est utrum sit ea que coniecturalis constitutio nominatur. Quod si factum esse constiterit quid vero sit id quod factum est ignoretur quoniam vis eius definitione monstranda est: definitiva dicitur constitutio. Ac si et esse constiterit: et de re de definitione conveniat. sed quale sit inquiratur: tunc quod cui generi subici debeat: ambigit generalis qualitas nuncupatur. In hac vero questione et qualitatis et quantitatis: comparisonis ratio versatur. Sed quoniam de genere questio est: in generis formam in plura necesse est hanc constitutionem membra distribui. omnis igitur questio generalis id est cuius de genere et qualitate et quantitate queritur facti: in duas distribuitur partes. Nam aut in preteritum

quia de qualitate propositi. aut in presens. aut in futurum. si in preteritum iudicialis constitutio nuncupatur. Si presentis vel futuri temporis teneat questionem. negocialis dicitur. Iudicialis vero: cuius inquisitio preteritum respicit: duabus partibus segregat aut enim in ipso facto vis defensionis inest: et absoluta qualitas nuncupatur: aut extrinsecus assumitur: et assumptiva dicitur constitutio: Sed hec in quattuor partes derivatur. Aut enim conceditur crimen: aut remouetur: aut refertur: aut quod est ultimum comparatur. Conceditur crimen: cum nulla introducitur facti defensio: sed venia postulatur: Id fieri duobus modis potest: si deprecetur: aut purges. Deprecaturis cum nihil excusationis attuleris: purgas cum facti culpa bis ascribatur: quibus obfisti: obuiarique non possit. neque tamen persone sint: id enim in aliam constitutionem cadet. Sunt vero hec imprudentia: casus: atque necessitas. Remouetur vero crimen: cum ab eo: qui in cessitur: transfertur in alium. Sed remotio criminis duobus modis fieri potest. si aut causa referatur: aut factum. Causa refertur: cum aliena potestate aliquid factum esse contenditur. factum vero: cum alius aut potuisse: aut debuisse facere demonstratur. Atque hec in his maxime valent: si eius nominis in nos interdatur actio: quod non fecerimus id quod oportuit fieri. Refertur crimen cum iure in aliquem facinus commissum esse contenditur: quoniam is in quem commissum sit iniurius sepe fuerit atque id quod interdatur meruit pati. Comparatio est: cum propter meliorem vtilioremve factum quod aduersarius arguit commissum esse defenditur. Horum vero omnium sunt proprie differentie: atque adeo minutissime diuisiones quas Rhetorici in his docendis explicandisque conscripti libri diligentius continent. Modus hec a M. Tullio sumptisse sufficiat. Ad aliud enim tota operis festinat intentio. De quibus omnibus hoc modo inspiciendum est. M. C. Tullius causarum partes constitutiones esse demonstrat eo loco quo contra Hermagoram nititur dicens quod si generis cause non possunt recte partes putari multo minus recte partes cause partes putabuntur. Pars autem cause constitutio omnis est. partes cause constitutiones esse designans. Quare de re multa questio est quomodo enim partes esse putabantur cause. Si enim ita partes: ut species quomodo fieri potest: ut in vna causa plures constitutiones sint. Nam species sibi inuicem impermixte sunt. At veniunt in causam plurime constitutiones: non sunt igitur partes causarum: velut species status. Illud quoque: quod nulla species alia sibi speciem opposita ad subas iuuat. Constitutio vero constitutionem confirmat ad fidem. Nec vero fieri potest. ut ita sint causarum: quasi totius partes. nullum enim compositum ex vna parte totum. atque integrum esse potest. Ac in causa constitutio vna idonea est constituere causas. Quid igitur est dicendum: patet via rationi. Neque enim cause eius pars dicitur esse constitutio: que in controuersiam venit. et quas status constituit: cum presertim qui additur ad causam status: vna iam constitutione firmata: non sit principalis: sed accidentalis atque in vno negotio tot veniant controuersie quot sunt constitutiones. sed quot controuersie: tot cause et licet eas vnum contineat negotium: cause tamen impermixte sibi variantur: ut qui iuuenes de lupanari exeuntem vidit: paulo post de eodem loco uxorem suam vidit egressam: accusat iuuenem adulterii. hic vnum negotium hoc quod vertitur est. cause autem

due vna: coniecturalis: si neget se fecisse. Altera diffinitiva: si in lupanari concubitus dicat non posse adulterium putari. Sed neque neganti pars eiusdem controuersie coniecturalis status: neque diffinienti diffinitio. totam enim continet causam: causam autem voco non generaliter: sed controuersiam constitutione aliqua formatam. sunt autem constitutiones partes cause: generalis hoc modo. Si enim omnis causa coniecturalis esset: nec alius status inueniretur. non esset status coniecturalis cause pars: sed ipsa causa esset sine dubio coniectura. sed quoniam partim coniectura: partim sine: partim qualitate: partim translatione cause omnes tenentur: pars est constitutio cause non eius: quam tenendo informat: sed eius quam diuidit generalis: cuius scilicet quasi membrum aliquod abscondens suum facit vnumque constitutio. Sunt igitur partes ut species constitutiones cause generalis non eius: quam vnaqueque tenens informat. Quare genus est Rhetorice facultas. Rhetorice vero species tres iudicialis: demonstratiuum: deliberatiuum. Materia autem civilis questio: que de causa. partes huius materie constitutiones. rhetorice partes inuentio: dispositio: elocutio: memoria pronuntiatio: instrumentum oratio. instrumenti partes exordium: narratio: partitio: confirmatio: reprehensio: peroratio: opus est docere et mouere. actor est orator. officium benedicens. finis tum benedixisse: tum persuadere. est vero tota Rhetorica in speciebus. Species vero ita totam materiam informant: ut tamen vicissim totam sibi vendicent. quod ex hoc intelligi potest: quoniam omnes materie partes singule species tenent. Nam in iudiciali quattuor constitutiones inuenies: et in deliberatiuo: demonstratiuoque easdem quattuor inuenire queas. Unde ostenditur: si omnes partes cause generalis que est civilis questio: singule species habent. omnes vero partes causa ipsa est. causam id est civilem questionem a speciebus vicissim vendicari totam eodem modo: quo vox vno tempore ad plurimorum aures pervenit cum suis integra partibus id est elementis: nam eodem tempore tota causa ad diuersas species cum suis partibus transit. Sed cum species in materiam venerint id est in civilem questionem: et eam cum suis obtinerint partibus inferunt secum et ipsam Rhetoricam facultatem. Quare et Rhetorice partes in singulis constitutionibus inerunt. Sed illata materia Rhetorica infert secum instrumentum suum: infert igitur secum orationem: et hec etiam proprias partes: eritque in constitutionibus tractandis exordium: et cetera. Sed cum instrumentum venerit in civilem questionem operam quoque suam simul infert. Nec docebit igitur: ac persuasit debet in omni constitutione. sed hec per se venire non poterunt: nisi sit: qui hec moueat velut artifex atque architectus. Hic autem est orator: qui cum ad causas accesserit: faciat officium suum. bene igitur dicet et in omni genere causarum: et in omni constitutione orator: faciat etiam finem: tum ut benedixerit in omni constitutione: tum ut persuaserit. De singulis igitur nunc quidem in commune tractauimus. De vnoquoque vero separatim post si erit otium: commodum differemus. Atque hec hactenus nunc de inuentione tractandum est. et enim prius quidem dialecticos dedimus. nunc Rhetoricos proximis locos. quos ex attributis persone ac negotio venire necesse est: persona est que in iudicium vocatur: cui dictum: factum ve reprehenditur. Negotium factum dictum ve persone proprie quod in iudicium vocatur. Itaque in his

In his duobus omnis locorum ratio constituta est que enim habent reprehensionis occasionem. eadez nisi omnino ad inexcusabilem partem vergunt: defensionis copiam subministrant: ex eisdem eniz locis ois accusatio defensionisqz consistit. Si igitur persona in iudicium vocatur: neqz factum dictum ve vllum reprehenditur: causa esse non poterit. Nec vō factum: vitum ve aliquid in iudicium proferri potest: si persona non extet. itaqz in his duobus omnis iudiciorum ratio versatur in persona atqz negotio. Sed (vt demū est) persona est que in iudicium vocatur: negociuz factum dictuz ve persone: propter quod reus statuitur. persona igitur et negocium suggerere argumenta nō possunt. De ipsa enim questio est. De quibus autem dubitatur ea dubitationi facere fidem nequeunt argumentum vō erat ratio rei dubie faciens fides: faciūt autem negotio fidem ea que sunt personis: ac negociis attributa. Ac si quando persona negotio faciat fidem: veluti si queratur contra reimp. sēssisse catilinam quoniam persona est viciorum turpitudine denotata tunc non in eo qz persona est: et in iudicium vocatur: fidem negotio facit: sed in eo qz ex attributis persone quandam suscipit qualitatem. Sed vt rerum ordo clarius colliquescat: de circumstantiis arbitroz esse dicendum. Circumstantie sunt. que cōuenientes substantiā questionis efficiunt. Nisi enim sit qui fecerit: et quod fecerit: eamqz cur fecerit: locus: tempusqz: quo fecerit: modus etiam facultatesqz si desunt causa non stabit. Has igitur circumstantias in gemina cicero partitur: ut eam que est quis circumstantiam in attributis persone ponat. Reliquas vō circūstantias in attributis negotio cōstituat: et primam quidem circūstantiaz eam: que est quis: quoniam persone attribuit. secat in. xi. partes: nomē vt verres naturā vt barbarus. vitum: vt amicus: nobiliū studiuz: vt geometer: fortunam: vt diues: casum vt exul. affectionē vt amās: habitum: vt sapiens: consilio: vt imo age care pater ceruici imponere nostre facta. et orationes. ea que extra illud factum: dictumqz sunt: quod nūc in iudicium deuocatur. Reliquas vō circūstantias: que sunt quid: cur quomō: quibus auxiliis. vbi: quādo: in attributis negotio ponit. Quid et cur dicens continentia cum ipso negotio. Cur in causa constituēs. ea enī causa est vniuscuiusqz facti. propter quam factū est. Quid vō secat in quattuor partes in summā facti: vt parentis occisio ex hac maxime locus sumitur amplificationis. Ante factum: vt concitus gladium rapuit. dum fit ve hementer percussit. post factum in abdito sepeliuit. **Q**uorum omnia sint facta: tñ quoniam ad gestum negotium. de quo queritur pertinent: non sunt facta que in attributis persone numerata sunt: illa enim extra negotium: de quo agitur posita personaz infortunia fidem ei negotio prestant: de quo versatur intentio. Nec vō facta. q̄ continentia sunt cuz ipso negotio: ad ipsum negotium: de quo queritur pertinent. Postremas vō quattuor circūstantias: Licero ponit in gestione negocii: que est secunda pars attributorū negociis: et eam quidem circumstantiam: que est quando: diuidit in tempus: vt nocte fecit. et in occasionem vt cūctis dormientibus: eam vero circumstantiam que est vbi. locum dicit: vt in cubiculo fecit. quomodo vō ex circumstantiis modum: vt clam fecim. Quibus auxiliis circumstantiarum facultates appellat: ut cū multo exercitu. Quorum quidem locorum et si ex circumstantiarum natura discretio data est: nos tamen be-

niolentius faciemus si vberius eorum a se differentias ostendamus. Nam cum ex circumstantiis alia Tullius posuerit esse continentia cum ipso negotio. alia vō in gestione negocii. Atqz in continentibus cum ipso negotio illum enumerauit locum: quez appellat dum fit: ex ipsa prolatiōis significatione idē videtur esse locus hic: dum fit ei qui est in gestione negocii. h non ita est. qz dum fit illud est: quod eo tempore admissum est: dum facinus perpetratur: vt percussit. In gestione vero negocii ea sunt: que ante factum: et duz fit: et post factum quod gestum est: continent. in omnibus enim tempus: locus: occasio modus: facultas inquiritur. Rursus duz fit factum est: quo administratum est negotium: que igitur sunt in gestione negocii: non sunt facta: sed facto adberentia: nullus enim tempus: occasionem: locum: modū facultatem facta esse consenserit: sed (vt dictuz est) que cuilibet facto adberentia sunt. atqz id nullo modo relinquūt quadam ratione subiecta sunt ipsi quod gestum est negotio. Item ea que sunt in gestione negocii: sine his que sunt continentia cum ipso negotio esse possunt. Potest enim et locus: et tempus: et occasio: et modus et facultas fieri cuiuslibet intelligi etiam si nemo faciat: qz illo in loco vel tempore: vel occasione: vel mō vel facultate fieri posset. itaqz ea: que sunt in gestione negocii sine his que continentia cum ipso negotio esse possunt: illa vō sine his esse non possunt factum eniz preter locum: et tempus: occasionem. modū: facultatēqz esse non poterit: atqz hec sunt que in attributis persone: ac negotio constant: veluti in dialecticis locis ea que in ipsis berent: de quibus queritur. Reliqua vō que vel sunt adiuncta negotio: vel gestum negotium consequuntur talia sunt: qualia in dialecticis locis ea: q̄ s̄m Themistium partim rei substantiam consequuntur: partim sunt extrinsecus: partim versantur in mediis s̄m Licronem vero inter affecta numerata sunt vel extrinsecus posita. Sunt enim adiuncta negotio ipsa etiam que fides faciunt questionem affecta quodā modo ad id: de quo queritur: et respicientia negociū: de quo agitur hoc modo. Nam circumstantie septem in attributis persone: vel negotio numerate sunt: hec cū ceperint cōparari. et q̄si in relatione uenire: si qd ad se continēs referatur: vel ad id quod continēt fit: aut spēs: aut genus. at si ad id referatur. quod ab eo lōgissime distet contrarium est: at si ad finē suū atqz exitum referatur: euentus est. eodez quoqz modo maiora: ad minora: et paria comparantur. Atqz omnino tales loci in his: que sunt ad aliquid considerantur. nā maius: aut minus: aut simile: aut eque magnum: aut desperatum accidunt circumstantiis: que in attributis negotio. atqz persone numerate sunt. vt duz ipse circumstantie alijs comparantur. fiat ex his argumentum dicti. facti ve. quod in iudicium trahit. Distant autem a superioribus: qz superiores loci uel facta continebant: vel factis ita adhererant: ut separari non possint: vt locus. tempus: et cetera que gestum negotium non relinquunt. hec uero: que sunt adiuncta negotio non adberent ipsi negotio: sed accidunt circumstantiis: et tunc demum argumentum prestāt. cū ad comparisonem venerint. Sumuntur vō argumenta non ex contrarietate: sed ex contrario: et nō ex similitudine: sed ex simili: ut appareat non ex relatōe sumi argumenta: sed ex adiunctis negotio: et ea esse adiuncta negotio: que sunt ad ipsum de quo agitur negotium affecta. **C**onsecutio uero que pars quar

Liber

ta eorum que negociis attributa sunt: neq; in ipsis in
est rebus: neq; rerum substantiam non relinquit: neq;
ex comparatione reperitur: sed sem gestam vel
antecedit: vel etiam consequitur. Atq; hic totus locus
extrinsecus est. primum enim in eo queritur id quod
factum est: quo nomine appellari conueniat. in quo non
de re: sed de vocabulo laboratur: qui deinde actores
eius facti. et inuentionis comprobatores: atq; emuli
fuerunt. Id totum ex iudicio: et quodam testimonio
extrinsecus posito ad subsidium confluit argumenti.
deinde et que eius rei sit lex: consuetudo. actio: iudicium
sententia: artificium. Deinde querit: si natura eius ene
nre vulgo soleat. an insolenter et raro vtrum hominem
id sua autoritate comprobare. an offendere in his con
sueuerint: et cetera: que factum aliquod similiter con
fessim: aut interuallo solent consequi que necesse est
extrinsecus posita ad opinionem magis tendere: quam
ad ipsam rerum naturam. Itaq; in his quattuor licet
negociis attributa diuidere: vt sunt partim continen
tia cum ipso negotio: que facta esse superius dictum
est: partim in gestione negotii: que non esse facta. sed
factis adherentia dudum monstrauimus: partim ad
iuncta negotio. hec (vt dictum est) in relatione ponun
tur. partim gestum negotium consequuntur. horum
fides extrinsecus sumitur. Ac de rhetoricis quidem locis
satis dictus est. nunc illud est explicandus que sit his
similitudo cum dialecticis. que vero diuersitas. quod
cum idonee conuenienterq; monstrauero: propositi
operis explicabitur intentio. primo adeo vt in dialec
ticis locis (sicut themistio placet) alii sunt qui in ip
sis herent. de quibus queritur: alii assumuntur ex
trinsecus: alii vero medii inter utrosq; locati sunt. sic
in rhetoricis quoque locis alii in prima: atq; negotio
consistunt de quibus ex diuersa parte certatur: alii
vero extrinsecus: vt hi. qui gestum negotium conse
quuntur. alii vero medii: Quorum quidem proximi
negotio sunt hi qui ex circumstantiis sicut reliqui in ge
stione negotii considerantur. Illi vero: qui in adiunctis ne
gotio collocantur. ipsi quoque inter medios locos posi
ti sunt: quoniam negotium: de quo agitur: quadaam af
fectione respiciunt. vel si quis ea quidem que personis
attributa sunt: vel que continentia sunt cum ipso ne
gotio: vel que in gestione negotii considerantur: his
similia locis dicat: qui ab ipsis in dialectica trahuntur
de quibus in questione dubitatur. Consequentia vero
negotium ponat extrinsecus: adiuncta vero inter utra
que constituat. Liceronis vero diuisioni hoc modo fiet
similis: Nam ea que continentia sunt cum ipso nego
cio: vel ea que in gestione negotii considerantur: in ip
sis herent de quibus queritur. ea vero que iuncta sunt
inter affecta ponuntur. sed ea que gestum negotium
consequuntur: extrinsecus locata sunt: vel si quis ea que
dem que continentia sunt cum ipso negotio: in ipsis
herere arbitretur. affecta vero esse ea que sunt in ge
stione negotii vel adiuncta negotio: extrinsecus vero
ea: que gestum negotium consequuntur. iam vero sunt
ille prospicue communitates. quod quidem ipsi pene in
utrisq; facultatibus versantur loci: vt genus: vt pars:

vt similitudo: vt contrarium: vt maius: ac minus De
communitatibus satis dictus est. Differentie vero
ille sunt: quod dialectici thesibus apti sunt Rhetorici ta
tum ad hypotheses. i. ad questiones informandas cir
cunstantiis assumuntur. nam sicut ipse facultates a se
metipsis vniuersalitate et particularitate disticte sunt
ita etiam eorum loci ambitu et contractione discreti
sunt. Nam dialecticorum locorum maior est ambitus:
et quoniam preter circumstantias: sunt: que singulares
faciunt causas: non modo ad theses vtilis sunt: verum
etiam ad argumenta: que in hypothesis posita sunt
eorumque locos: qui ex circumstantiis constant claudunt
atq; ambiunt. itaq; fit: vt semper creat Rhetor diale
cticis locis. Dialecticus vero suis possit esse contentus
Rhetor enim: quoniam causas ex circumstantiis tra
ctat: ex eisdem circumstantiis argumenta presumer: quod
necesse est ab vniuersalibus et simplicibus confirma
ri: qui sunt dialectici. Dialecticus vero: qui prior est:
postior non eget: nisi aliquando incidit questio
persone. vt cum sit incidens. Dialectico ad probanda
suam thesin causa circumstantiis inclusa: tum demun
rhetoricis vtatur locis. Itaq; in dialecticis locis: si
ita contingat a genere argumenta sumuntur. i. ab ip
sa generis natura. Sed in rhetoricis ab eo genere:
quod: illic genus est: de quo agitur. nec nature gene
ris: sed de re. s. ipsa: que genus est. Sed vt progredia
tur: ratio ex eo pendet: quod natura generis ante preco
gnita est: ut si dubitetur: an fuerit aliquis ebrius. Di
cetur si refellere velimus: non fuisse: quoniam nulla
in eo luxuries antecesserit: iccirco nimirum: quia cum lu
xuries ebrietatis sit quasi quoddam genus: cum lu
xuries nulla fuerit: nec ebrietas quidem fuit. Sed hoc
pendet ex altero. Lux enim luxuries non fuit: ebrietas
esse non potuit. Ex natura generis demonstratur. quod
dialectica ratio subministrat: Unde enim genus abest
Inde etiam species abesse necesse est: quoniam gen
species non relinquit. et de similibus quidem. et de con
trariis eodem modo: in quibus maxima dissimilitu
do in rhetoricos ac dialecticos locos. Dialectica enim
ex ipsis qualitibus. Rhetorica ex qualitate suscipie
tibis rebus argumenta vestigat. vt dialecticus ex
genere. id est ex ipsa generis natura. Rhetor ex ea re:
que genus est. Dialecticus ex similitudine Rhetor ex
simili. i. ex ea re. que similitudinem cepit. Eodem mo
do ille ex contrarietate hic ex contrario. Oibus igitur:
que superius proposuimus expeditis. illud arbitror
apponendum: quod. Mar. Tullius Topica que ad. L.
Trebatium peritum iuris edidit. non eo modo: quo
de ipsis disputari possit differuit: sed quemadmodum
Rhetorice facultatis argumenta duceretur: quod in
his commentariis diligentius expediimus: qui a no
bis in eiusdem Liceronis Topica conscripti sunt. Quo
autem modo de his dialecticis rationibus disputet:
in his commentariis: quos in aristotelis topica a nobis
translata conscripsimus expeditum est.

FINIS